¶ In istis sex ꝓtutibꝫ l' doctrinis stat totū euāgeliū hodiernū. ¶ De ꝓma aūt loqr̄ thēa dicēs Estote misicordes sic̄ pr̄ vr̄ misericors est. qi dicat. recipiatis exēplū z doctrinā a pr̄e vestro celesti. ¶ Or boni filij dñt esse sil'es bonis parētibꝫ in bonis opibꝫ. ¶ Idē dixit xp̄s inde/is. Si filij abrae estis. opa abrae facite. Joh viij. ¶ Dico ꝓmo q dñs Jhs xp̄s in sancto euāgelio hodierno oñdit vnā ꝓtutē q̄ dr̄ misericordia primal'. de q̄ dic̄ thema in ꝓncipio euāgelij. Estote misericordes sic̄ pr̄ vr̄ misericors est. ¶ Dia dei erga nos ē ita magna z copiosa/q q̄d fec̄. q̄d hz. q̄d est in celo z i terra z in elemētis/oia dat nobis liberaliter. etiā seipsum. ¶ Primo dat nobis terrā ad habitandū/qr in aqua nō possemus viuere/vel in aere vt volucres. Dauid. Terrā aūt dedit filijs hoim/Et nō dedit illā vacuā sz plenaz arboribꝫ z plātis. aialibꝫ. fontibꝫ. rorr̄ētibus. mōtibꝫ. z̄c. Et totū dedit nobis. qr ꝓ se nihil eor indiget. ¶ Secūdo dedit nobis aquam ad nauigandū/piscandū. mundandum. z̄c. ¶ Tertio dedit nob aerē ad respiranduz/qa als nō possem⁹ viuere. ¶ Itē dedit nobis volucres ad seruitiū nostr. ¶ Itē dedit nubes nob in refrigeriū solis z pluuial' ¶ Quarto dedit nobis ignē ad calefaciendū z ad ꝓparādum cibaria/Solē ad illuminandū. calefaciēdū z fructificandū. Idē de luna z planetis omnes influūt. ¶ Quinto dabit nobis celū empyreū. Dicet em̄ in iudicio vniuersali bonis Venite bñdicti patris mei possidete patum vobis regnū a ꝓstitutōe mūdi. Matth. xxv. Itē dat nobis angelos in custodiā. ¶ Itē dat nobis semetipsum. ¶ Primo dedit aiam suam in redēptionē aiaꝝ nr̄aꝝ/Dat nobis corp⁹ in hostia ꝓsecrata ad cōicandū/Itē dat nob diuinitatē in obiectū beatificatōis/Nonne videtur vobis si est magna mia eius erga nos ¶ Aūq̄d diceret multū misericors dñs rex l' papa/q oia sua daret. ita facit deus. Jō apl's Deus q pstat. i. dat vobis oia abunde ad frugenduz. i. vtendū. bñ agere. diuites fieri in bonis opibꝫ. j. ad Thi. vj/Cū g deceat filios bonum patrē imitari/ꝓpter h dicit xp̄s nobis q in baptismo facti sumus filij dei/Estote misericordes sicut pr̄ vester misericors est/Si ñ damus totū. ad minus faciam⁹ ptē indigētibus de bonis tā spūalibus q̄ temporalibus Verbi gr̄a/Si habetis magnā sciam. detz ptē ignorāti. sibi oñdendo q̄liter se dz regere. ¶ Idem de deuotōe ad indeuotū. z de cōsilio ad dubitantē. z sic de alijs ¶ Idē de bonis tēporalibꝫ. si habetz panē. vinū. domū. pecunias. vestes. diuidatz cū paupibꝫ xp̄i/z tūc eritz sil'es p̄ri vr̄o. Jō dic̄ scriptura. Estote benigni inuicē. misericordes. donātes inuicē sic̄ et de⁹ in xp̄o donauit vob/Estote imitatores dei. sicut filij dei charissimi. z ambulate in dilectiōe sic̄ z ip̄e dilexit vos. ad Ephe. iiij. z. v. ¶ Nota h de vsurarijs q̄ nolūt dare nec mutuare nisi ad vsurā. Nō sunt filij dei. qr nō assimilant p̄ri. z̄c. ¶ Secdo oñdit in euangelio hodierno scdā ꝓt⁹. q̄ est amicitia fraternalis/q̄ in h ꝓsistit ne vn⁹ loquat male de alio ipsuz diffamādo/vel pcīm ei⁹ occultū publicando cū dr̄. ¶ Nolite iudicare z nō iudicabimi. Nolite ꝓdēnare z nō ꝓdēnabimi. Jsta ꝓba nōdicunt iudicibꝫ nec dñis/qr ipi dñt z tenent in dicare z ꝓdēnare iuridice/Dz loquit generalit̄ ne ad inuicē faciam⁹ iudicia temeraria/scz facta vel dicta alioz in sinistrā ptē interptando. Verbi gr̄a. si audis aliq̄d q̄ possit tā in bonū q̄ in malū interptari/sp interptādum est in bonū. ¶ Itē si videtis mulierē loqntem cū clerico/pt interptari i bonū z malum io in bonū est interptanduz. xj. q. iij. Absit. in glo. Dz sunt q̄dā ita mala ꝺ se q nō possunt in bonū interptari/vt homicidiū. furtū. falsū iuramentū. Jsta possum⁹ iudicare z ꝓdēnare qr de pcīis notorijs possum⁹ iudicare z ꝓdēnare. Un̄ dixit xp̄s. A fructibꝫ eoz cognoscetis eos. Mat. vij. Dz cauete a iudicijs secretis z incertis/qr regalia dei p̄rie sunt de his iudicare z ꝓdēnare ¶ Nota in vita patz de fratre in/dicāte fornicantē secrete/Cui angelus dixit volēs ip̄m corrigere/Quis peccat pl⁹. q facit ꝓtra castitatē. vel ꝺ caritatē/Rñdit q ille q facit ꝺ charitatē. z bñ. Jō dixit ille. Pl⁹ peccas tu q̄ ille/ ¶ Nota etiā ꝺ sancto p̄re despiciente z iudicāte comedentē in die ieiunij. Jō apl's ¶ Nolite añ tps iudicare q̄adusq̄ veniat dñs q illuminabit abscōdita tenebraz z manifestabit ꝓsilia cordiū. j. Cor. iiij. ¶ Tertia ē patientia virtualis vn⁹ ad alterz si fiunt nobis iniurie q remittam⁹ z sim⁹ amici. Hoc notat cum dr̄. Dimittite z dimittet vob. Date z dabitur vobis. Jra odiū z impatiētia hominū huj⁹ mūdi stat in duobꝫ locis. s. in corde. z i ore ¶ In corde em̄ ꝓsistit odiū. ira. rancor. z desiderium vindicte. De h dic̄ xp̄s. Dimittite scz odium cordis. z dimittet vob. s. debitū pene peccatoz. Rō. qr deus nō potest vinci nec superari a creatura in bonitate. Si ergo inimicus

iniuriā tibi intulit z tu etiā peccādo iniuriā deo intulisti z maiori iniuria incōpabilit̄ deum offendisti/ Si g̈ tu habes tantā bonitatem q̄ pcis inimico tuo/ nisi ds pceret tibi vidēt vict⁹. qđ absit/ Jō qñ tu remittis. z ipe remittit tibi/ Et iste est melior mod⁹ obtinendi remissionē pctōz remittere inimicis q̄s alijs. Jō xp̄s in petitōe/ Dimitte nob debita nr̄a. ¶ Et assigt rōnem. sic z nos dimittim⁹ debitoribus nr̄is. In alijs petitōib⁹ nō assignat rōs sz solū in ista/ Et nō ds. sic oram⁹ vl̄ eleimosynā dam⁹ vl̄ hospitalia edificam⁹/ sz sic z nos dimittim⁹ debitoribus nr̄is/ Si q̄ rat. si ego remitto inimicis z sum in aliq̄ alio pctō mortali obtinēdo remissionē pctōz a deo/ Dico q̄ illa remissio quā vos facitis tm̄ placet deo. q̄ ipetrabit vob⁹ ptritiōz de pctis/ z de⁹ nō pmittit vos mori i pctō/ erō ꝓpter honorē dei remittitis. nō ꝓpter p̄ces dñoz/ Als diceret xp̄us. p̄r me⁹ celestis tradet vos tortoribus. Si nō remiseritis vnusq̄sq̄ fratri suo de cordibus vr̄is. Mat. xviij. ¶ Scđo odiū ira z impatiētia ꝓsistit i ore. Jō ds. Date. s. ꝑbuz salutatiōis. z dabit vobis ꝑbum saluatiōis. ¶ Nota ꝫ illos q̄ dicūt ꝓfessoribus/ Nolo sibi malū. tm̄ nō loqrer ei/ Hoc nihil valet. q̄ os ē signū cordis/ Date g̈ signū in ore. q̄ dimisistis odiū cordis/ Jō multi moriunt sine ꝑbo/ q̄a nō p̄nt ꝓfiteri nec facere testamētū/ q̄ aufert ꝑbū primo. nec xp̄s loquit eis in porta paradisi/ nisi illud. Amen dico vobis. nescio vos In h̄ maxime deficiūt mulieres/ ¶ Ideo xp̄s. Si salutaueritis frēs vr̄os tm̄/ q̄d amplꝰ facitis. Nōne z ethnici h̄ faciūt/ Estote g̈ pfecti sicut pater vr̄ celestis pfectus est. Math. v.

Quarta ꝑtus est ꝓfidētia supnalis. Debemus em̄ in h̄ mūdo ꝓfidere de deo/ et nobis nihil deficiet. Hoc notat cū ds. Mensuraz bonā z ꝓfertā z coagitatā z supefluentē dabunt in sinū vr̄m. Eadē q̄ppe mēsura q̄ mēsi fueritis. s. in hoc mūdo seruiēdo deo. remetietur vobis. s. in alio mūdo/ ¶ Nota cū dicit Eadem mensura. nō dicit equali mensura. sez q̄ glīa sit equalis bone vite. sz dic eadem/ q̄ inter vitā bonā. misericordiā z opa meritoria z glīam eternā. nō pōt inueniri eqlitas/ ¶ Nam opa nostra bona quātūcūq̄s sint magna etiā merita nihil sunt respectu vnꝰ horē glē/ Sicut g̈ nō potest esse eqlitas int̄ florenos z denarios/ sic nec inter glīam dei z opera nostra Apl's. Existimo q̄ nō sunt ꝺdigne passiones h⁹ tp̄is ad futurā glīam/ que reuelabit in nob ad Ro. viij. ¶ Int̄ opa nr̄a z glīam dei non est eqlitas q̄ntitatis. sz ꝓportionabilitatis/ q̄ ꝫ pl⁹ facit de bono. pl⁹ hz de glīa. Ecce q̄re dic Eadē q̄ppe mēsura. zc̄. ¶ Nota q̄ ꝑ bonis opibus de⁹ dat q̄ttuor retributōes. duas in hac vita/ z duas in alia vita/ z oīs ponūtur ibi. Mensurā bonā z ꝓfertā zc̄. ¶ Prima retributio est bonoz tpaliū in h̄ mūdo cū dicitur/ Mensurā bonā zc̄. De⁹ em̄ puidet suis fuitoribus de oīb⁹ necessarijs/ Nō dicat religios⁹ vnde habebo vestes. zc̄/ nec cleric⁹ dicat. oportet me vēdere missas z sacr̄a. sz fuies diliget deo q̄. puidebit/ Et q̄ mō tā male fuim⁹ ꝺo miz est q̄ inuenim⁹ aquā in puteis/ ¶ Idem ꝺ laicis q̄ dicūt. facia vsuram vt possim vinere Idē de mulieribus q̄ volūt hre speciales vt p̄ uideant zc̄/ Si bñ seruiretis deo quilibz in suo statu. de⁹ puideret vobis. Auctas/ Time te dñm oīs sancti ei⁹/ q̄m nō est inopia timentib⁹ eū/ Diuites eguerūt z esurierūt/ inqrentes aūt dñm nō minuēt oī bono ꝑs. xxxiij Timet de⁹ q̄ñ nulla causa fit ꝺ eius bonoz. ¶ Secūda retributio est etiā in hoc mūdo sez bonoz spūaliū cū ds. mensurā ꝓfertā dabunt in sinū vestz Confertā. i. plenā. a ꝓfero ꝓfers/ z hec est abundātia bonoz spūaliū in aīa/ Hā q̄ bñ fuit deo nō solū remunerat hic in bonis tpalib⁹/ sz in spūalib⁹/ dat de⁹ in anima gr̄am suā. ꝓsolationes multas. z illumiationes. ꝑtutes z reuelationes zc̄/ Requiē dabit tibi dñs de⁹ sp̄s. z implebit splēdoribus animā tuā. Isa. lviij. ¶ Tertia retributio significat cuz ds. mensurā coagitatā. s. cōpressam. ¶ Ista retributio dat a deo in alio mundo statim q̄ aīa recedit a corpe. tūc em̄ videbit diuinam essentiā. trinitatem ꝓsonaz. z hūanitatem. ꝑginē mariā. z ag̈los z sanctos. De ista dicit scriptura/ Justoz̄ anime in manu dei sunt/ z nō tāget illos tormentū malicie/ Visi sunt oculis insipientiū mori. illi aūt sunt i pace Sap̄. iij. ¶ Quarta retributio tāgit cum ds. mensurā supefluentez. zc̄. i. supꝰ effluentem. ¶ Ista retributio erit in generali iudicio/ quādo glīa aīe redundabit in corpus/ sic nō esse substātiale aīe cōicat corpi/ z simil' faciūt vnā entitatē. que ds humanitas/ ¶ Ita tūc aīa communicabit corpi glīam suam. q̄ nō erunt diuerse glē aie z corpis. sz vna/ Sicut lucerna accensa cōmunicat lumē laterne/ ita aīa cōmunicat glīam corpi. Oportet em̄ corruptibile h̄ induere incorruptionem. ꝑma Co. xv

¶ Quinta est sapientia diuinalis q̄ ostendit

ibi/ Nūqd pt cec⁹ cecū ducere./ Nōne em̄ ambo in foueā cadūt/ Nō est discipul⁹ sup magistrū. pfect⁹ aūt oīs erit si sit sic mgr̄ ei⁹/ Sapia diuinal⁹ ꝓsistit in h̄/ q⁹ in secretis fidei ꝛ sacre scpture eligend⁹ est mgr̄ vidēs ꝓ approbataꝫ sciam/ ꝛ ducēs ꝛ oñdens viā ꝑ sanctam vitā./ ¶ In secretis aūt fidei q̄libet viator est cec⁹/ q̄a null⁹ sciuit vnq̄ aliq̄d nisi q̄tū xp̄s voluit revelari/ q̄ ab instāti sue ꝯceptōis vidit oīa secreta dei/ Hic pz error iudeoꝝ q̄ recipiūt ductorem cecū. s. moysen/ q̄ nunq̄ in h̄ mūdo vidit deū nisi in raptu. ¶ mo dixit sibi de⁹ qñ petijt ꝑ gr̄a q⁹ posset eū videre/ Non videbit me hō ꝛ viuet. Exo. xxxiij. ¶ Itē pz error agarenoꝝ. q̄ sequunt cecū machometū. Nūqd pt cec⁹ cecū ducere/ Rō. q⁹ discipul⁹ nō ē maior mgro. q⁹ si mgr̄ cadit. etiā ꝛ discipul⁹ q̄ eū sequit/ Sol⁹ g̃ xp̄s est mgr̄ cui dz credi/ et ductoꝝ q̄ nūq̄ errauit i via padisi/ ¶ ꝑm g̃ debēt oīs gētes eligere i mgr̄m ꝛ ductorē/ Deum nemo vidit vnq̄/ vnigenit⁹ fili⁹ q̄ est i sinu patris ipe enarrauit. supple secreta fidei. Joh. j. Que ꝓtinent in credo in deū in q̄ sunt. xij. articuli. dicaf. ¶ Moralit. Nūqd pt cecus cecū ducere. Sūt aliq̄ qñ dñi ꝓfiteri scient eligūt ꝓfessorē cecū sic̄ sunt vsurarij. ꝓcubinarij. vindicatiui. latrones. ꝛ sic̄es. dicēdo/ si ego ꝓfiterer tali q̄ est multū intelligēs non absolueret me/ ꝛ scient vadūt ad bestiā ignorātem nō cognoscentē pctā. ꝛ ꝓdēnāt se ꝛ venientes ad se/ q⁹ nesciūt q̄d eis debēt iniūgere. ex q̄ rē Jō ambo in foueā cadūt/ Cū tñ xp̄s auisando vos dicat. Sinite illos. s. ꝓfessores ignorantes. ceci sunt ꝛ duces cecoꝝ. rē. Dat. xv ¶ Nota exēplū de illo hoīe in oī genere capitaneo armoꝝ/ q̄ infirm⁹ ex verecūdia vocauit scutifez vt vocaret sibi bonū ꝓfessorez sic̄ fecit/ q̄ refutato vocauit aliū rē/ Ecce q̄re dt. Nūqd pt cec⁹ cecū ducere rē. s. qñ fit electiue/ ſz qñ vos creditis q⁹ ꝓfessor est bon⁹ ꝛ sufficiens/ ꝛ est p̄sumendū q⁹ est sufficiēs. q⁹ est i veritate mgr̄ vel lector vel poꝝ ꝛ est oppositum ipe sol⁹ dānaf. ꝛ vos estis excusati. ¶ Sexta ꝑtus est puidētia būanaf. s. qualit hō se dz gubernare in h̄ mūdo ꝑ pctā maxime cū dicit. Quid aūt vides festucā in oculo fratris tui. trabē aūt q̄ in oculo tuo est nō vides. vsq̄ i finem. Trabs magna ē pctm̄ mortale magnū/ vt homicidiū. furtū. sacrilegiū. adulterium. ꝛ hmōi/ Dicaf de quolibet istoꝝ q̄d est. ¶ Itē symonia. vsura. falsa iuramēta. blasphemie. Festuca aūt est pcm̄ veniale/ vt pl⁹ comedere ex bonitate panis vel bibere. nō tm̄ inebriari/ q⁹ tūc esset mortale/ nimis ridere vel dormire. Et sunt multi q̄ volūt corrigere ista pctā venialia alioꝝ/ ꝛ nolūt corrigere sua pctā mortalia. Jō dt xp̄s. Quid aūt vides festu. in rē. Hoc maxie dr̄ mal⁹ iudicib⁹. dñis. p̄latis. et rectoribus pl̄oꝝ siue cōitatib⁹/ magnis pctōribus volētib⁹ corrigere venialia alioꝝ ꝛ non mortalia suoꝝ. ¶ Nota de pirata cui alexāder dedit sniam mort⁹/ Qui dixit. Ego q̄ tā modico nauigio vitā p̄ro. latro vocor/ Tu qui cū magna classe mūdū vastas diceris ipator/ ¶ Ita est de multis iudicib⁹ q̄ ꝯdemnāt quos latrones q̄ pua receperūt/ Et ipi q̄ pl⁹ furant vel p vsurā. rapinā. calūniā. symoniā. dicunt iudices ꝛ dñi. Jō tali dño dixit xp̄s. Hypocrita eīce ꝑmū trabē de oculo tuo rē/ Ordo naturalis puidētie est ꝑmo puidere sibi ꝛ cōsequēter alijs/ Attēde tibi ꝛ doctrine/ insta in illis. Hoc em̄ faciēs ꝛ teipum saluū facies ꝛ eos q̄ te audiūt/ s. ad Thimo. iij. Dz cogitare iudex qñ ꝯdēnat aliquē intra se dicēs/ O miser ego ꝯdemno istū in tali specie. ego feci peiora/ q⁹ si fuisset scitū ego fuissem cōbustus tot anni sunt/ ¶ Jō ꝓfitebor ꝑmo et post dabo sniam ꝑ illū/ alꝫ graviter peccaret iudex ꝯdēnando aliū in pctō/ Jō apl⁹ p̄latis dominis ꝛ iudicib⁹/ Attēdite vobis ꝛ vniuerso gregi/ in quo vos spūssanct⁹ posuit epos regere ecclesiā dei quā acq̄siuit sanguie suo/ Ego scio qm̄ intrabūt post discessionē meam lupi rapaces in vos nō pcentes gregi./ Et ex vobis ipsis exurgēt viri loquētes puersa/ vt adducant discipulos post se. propterea vigilate rē Actuū. xx. c.

¶ De eadem dñica Sermo .ij.

Pater uester mise/

ricors est. Luc. vj. Thema dat mihi motiuū declarādi vob⁹ grad⁹ diuine mie q̄s de⁹ oñdit nob⁹/ Materia erit vtilis rē/ Salutet ꝯgo maria rē/ Cogitaui quō possem vob declarare grad⁹ diuie misericor die erga pctōres/ Et inueni q⁹ dauid posuit sex grad⁹ diuie mie in duob⁹ ꝯsib⁹ psalterij dicēs/ Miserator ꝛ misericors dñs/ patiēs ꝛ multū misericors/ Suauis dñs vniuersis/ ꝛ miserationes ei⁹ sup oīa opa ei⁹/ ꝑs. cxliij. Ecce q̄re dicit thema. Pr̄ vester misericors est rē. Sunt g̃ sex gradus mie dei.

¶ Primus est retardatio eterne dānationis ibi. miserator.

¶ Secūdus est exp̄te p̄tinue tpaliū donatio/nis. ibi. z misericors.

¶ Tertius est supportatio criminalis grauati/onis. ibi. patiens.

¶ Quart⁹ est remissio culpe exp̄te ꝺe p̄tritiōis hic. multū misericors.

¶ Quint⁹ est relaxatio pene exp̄te deuote ora/tionis. hic. suauis

¶ Sext⁹ est donatio gr̄e exp̄te humil' petitōis hic cū dic̄. miseratōes ei⁹. z c̄.

¶ Prim⁹ grad⁹ tāgit ibi. miserator dñs. i. mi/sericordie dator/ qz nō statim infert dānatōz pctōri. magna misericordia est ista. ¶ Nā postq̄z iudex fecit processum ꝯ aliquē z dedit sniam cō tra eū/ statim fit executio sine mia/ ¶ Nō sic faē de⁹. sz misericordiē expectat/ pgressus pctōr nr̄oz etiā fact⁹ est. z oia pcta nr̄a sunt tā scri/pta in libro scie dei/ statim qñ homo facit pec catū siue corde male cogitādo/ siue ore/ siue ope male opando. op⁹ trāsit/ z remanet pctm̄ scriptū in libro dei. Auctas dicebat Dauid. ¶ Imp̄fectū meū viderunt oculi tui/ z in libro tuo oēs. supple. defect⁹ mei. scribentur/ dies formabunt. z nemo in eis ps. cxxxviij ¶ Item snia est iam data. Ita q̄ peccauerit ipa mori etur. s. morte eterna/ Ezech. xviij. Sed ecce diuia mia/ qz cū p̄cessus sit fact⁹ z snia data ꝯ pctōrem/ tū nō statim fit executio. imo expe ctat diē vnū. mēsem vnū. annos tres/ z q̄ttu or z decē. xx. c̄. ad pniam/ qz si vis p̄uerti. to/tū revocabit/ Ecce q̄nta est ei⁹ mia p̄ q̄t ānos expectauit te religiosum/ q̄t anni sunt q̄ tu i/cepisti peccare/ ¶ Idē de clericis c̄/ O si cogi tauerit⁹ quō est magna mia ista/ Multis eam cognoscere/ Dicūt sancti doctores q̄ a p̄nci/pio mūdi de⁹ creauit innumerabiles angelos sanctos z bonos oēs/ z maior eoz lucifer vo luit deo eq̄ri. z revelauit h̄ alīs/ z multi de q̄/libet ordine tāq̄z adulatores ꝯsenserunt sibi/ Ecce pctm̄ eoz/ Michael aūt nō ꝯsensit sibi imo cōtradixit/ z gabriel raphael z alī boni/

¶ Quot annis credit⁹ q̄ de⁹ expectauit angl'os peccātes/ Revera. nō p annū. nec p mensem nec p hebdomadā nec p diē nec p horaz/ nec mom̄tū. sz statiz sbito eiecit eos ō celoz dāna uit eternalit⁹/ intim̄ q̄ nec incarnatio filij dei. nec ei⁹ passio aliq̄d pfuit eis/ qz irrevocabilit⁹ sunt dānati in eternū/ Nō cogita hic quāta est misericordia dei/ qz tā nobiles creaturas z spūales nō expectauit ad pniam. ¶ Et modo expectat te supbū. vanū. z pomposum p mul tos annos ad pniam/ ¶ Idē dicendū est ō ava ro. vsurario. z luxurioso⁹ c̄/ Ecce ḡre ōr misē rator dñs. i. misericordie dator/ z ꝯcordat hic remias dicēs. Misericordie dñi qz nō sum⁹ p̄sumpti/ qz nō defecerūt miserationes eius. Thren. iij ¶ Secūd⁹ grad⁹ tangit ibi. Et mi sericors dñs/ Differētia est int̄ miseratorez z misericordē/ qz miserator ōr eo qz nō statim i fert dānationē sz spectat ad pniam/ Et ōr mi sericors qz pctōrib⁹ nō aufert p̄uisionē z vi/tam/ qz oib⁹ tā iust⁹ q̄ pctōrib⁹ pluit/ q̄ eq̄/liter oib⁹ mittit claritatē sol. pluuiam. rorem

¶ Ita dat bladū in cāpo pctōris vt in cāpo iu sti/ nō aufert pctōrib⁹ vinū. pecunias. nec do mū. cū statim post pctm̄ oia deberent pdere.

¶ Cogitate q̄nta est ista dei mia/ qz si miles vl' scutifer q̄ recipit p̄uisionē z multa bona a re ge/ si facit aliquā p̄ditionē vel inobediētiam ꝯ regē. statim aufert sibi q̄rationē z p̄uisionē z abūcit cū a domo sua/ ¶ Nō sic facit de⁹ nob⁹ inobediētib⁹/ certū est q̄ oēs sum⁹ in domo sua. s. in h̄ mūdo/ camere z palatia sunt sup⁹ celo/ vbi est de⁹ cū amicis suis z c̄/ Et cuz tot pctā z grauia faciam⁹ ꝯ deū/ tū tu vides q̄ n̄ statim expellit nos de domo sua. nō aufert p uisionē. panem. vinū. bona. pecunias. Imo dat ꝯseruat data. Jō ōr scp̄tura. Ipi supbe egerūt z indurauerūt ceruices suas/ z nō au dierūt mādata tua/ z i iudicijs tuis peccaue runt z ceruicē suā indurauerūt/ i misericordijs aūt tuis plurimis nō fecisti eos i ꝯsumptōz/ nec dereliq̄sti eos q̄m de⁹ miserationuz tu es Et paulo añ/ Ipi ꝙo z p̄res nr̄i supbe egerūt z indurauerūt ceruices suas/ z nō audierunt mādata tua/ z noluerūt audire z nō fuit recor dati mirabiliū eoz q̄ feceras eis. c̄/ Tu aūt de⁹ ꝓpicius clemēs z misericors. Neemie. ix.

¶ Nota ipi supbe egerūt c̄. Nūq̄d esset magna supbia discipuli si insurgeret ꝯ mgr̄m/ z face ret oppositū oium illoz q̄ sibi dicunt a mgr̄o. Tales sum⁹ nos. Dñs z mgr̄ Jhs xp̄s ostēn dit nobis z p̄cipit q̄ sim⁹ būiles/ z nos sum⁹ supbi. p̄posi. c̄/ ¶ Precipit q̄ sim⁹ misericordes dādo liberalit⁹ amore sui/ vel mutuando sine vsura. z nos sum⁹ fures c̄/ ¶ Precipit q̄ simus casti. qz null⁹ vellet q̄ in tunica sua caderz lu tum c̄/ Quare ḡ vis ī p̄sona tua lutū luxurie c̄/ Et nos facim⁹ oppositū c̄/ q̄t luxurie. coz/ruptiones fiūt in mūdo cognate cū cognatis. c̄/ ¶ Idē de alīs pctis. Ecce q̄re ōr. Ipi super be c̄. ¶ Tert⁹ grad⁹ diuine mie tangit ibi. patiēs dñs. qz supportat criminū grauatiōz.

¶ Quātū credit⁹ vos q̄ sit p̄dus vn⁹ peccati

mortalis vni⁹ libre vl' vncie ꝛc. Dico q̄ si esset possibile q̄ vna mōtanea ligaret ad collū vni⁹ aie beate i celo nō sentirz pōdus sicut nec vos sentiretis pōd⁹ alicui⁹ margarite. Sed si aia vna in celo haberet vnū pctm̄ mortale tantū est pōdus q̄ celū nō posset eā sustinere imo statim caderet in infernū. Pl⁹ ponderat ꝫ pctm̄ mortale q̄z mōtanea. Jō dicebat Da uid postq̄z peccauit. Iniq̄tates mee supgrel se sunt caput meū ꝛ sic⁹ on⁹ graue grauate sūt sup me. ps. xxxvij. Quō g̃ pōt fieri q̄ vn⁹ pec cator q̄ hz tot pctā mortalia ꝫ quissima magna ꝛ turpia pōt ea portare si celū nō pt vnū pec catū mortale sustinere. Dico q̄ nec celuz nec terra nec pctōr possz sustinere pōd⁹ vni⁹ pcti mortal nisi q: tāta est dei mia ꝛ eius infinita patiētia q̄ ipe manu sua portat ꝛ sustinet om nia pctā nra mortalia vel venialia. Jō plan gendo dr. Pctā vestra facta sunt mihi mole sta. Laborauī sustinēs. Isa. j. Ecce quanta ē dei patiētia. Esset magna patiētia regis vel pape q̄ portaret puez in brachijs suis q̄ darz sibi alapas. nec ꝓpter h̄ dimitteret ipm cade re. Maior est dei patia q̄ portat nos oēs i manu sua ꝛ q̄tidie dam⁹ sibi alapas peccādo ꝛ nō dimittit nos cadere. Dz in die iudicij de⁹ retrahet manū suā ꝛ tūc oēs pctōres su bito cadēt in infernū in corpe ꝛ aia ponderē pctōz. Jō dic ꝓpha. Cōuertimī ad dñm de⁹ um vestz qz benign⁹ ꝛ misericors ē patiēs ꝛ multe misericordie. Joel. ij. Quilibet scit q̄ lem vitā tenet ꝛ in q̄bz pctis viuit ꝛc. Quar tus grad⁹ tāgit ibi mltū misericors dom̄in⁹ qz penitēti dimittit culpas i instāti. Cū enim homo petit veniā cū dolore de pctis. ꝛ ꝓpos to nō redeūdi statim pcit ꝛ remittit culpas. ꝛ recipit in gr̃a sua. ꝛ aia remanet purior sole Sic em̄ in ipa exorta luce sol. tenebre expel lunt. Derelinquat impi⁹ viā suā ꝛ vir iniqu⁹ cogitatōes suas. ꝛ reuertat ad dñm. et mise rebit eius. ꝛ ad deū nostz. qm̄ multus est ad ignoscendū. Isa. lv. Si aliq̄s in pntia regis occidisset reginā ꝛ filios reg. ꝛ peccassz cum filiabz regis. Deinde veniret ad petēdū veni am regis. vtz esset rex in mūdo q̄ pceret talz remitteret. Credo q̄ nō nisi xp̄s. Nā si aliq̄s interfecisset oēs ap̄los. ꝛ peccasset cū oibus mulieribz ꝛ crucifixisset xp̄m. si post cū dolo re cordis veniret ad xp̄m ꝛ peteret veniā. sta tim pceret sibi ꝛ reciper eū in gr̃a sua. Si iu das q̄ vēdidit xp̄m petiuisset veniā sic despe rauit. statim pcepisset sibi bono corde. Patet sua mag̃ mia. In q̄cūq̄z die ingemuerit pctōr nulli⁹ iniusticie ei⁹ recordabor. Ezech. xviij. ẽm. lxx. Quint⁹ gd⁹ tāgit ibi. Suauis dō min⁹ vniuersis. qz nō solū dimittit penitenti culpas. imo rogāti relaxat penas. Dicūt scti doctores theologi q̄ ꝙlibet pctō mortali te neť hō facere septē annos pniam in h̄ mūdo. Rō. qz i ꝙlibet pctō mortali hō facit ꝫ septez dona spūssancti. al's restat pena i purgatorio Verbi gr̃a. Si tu recurristi ad diuios ꝛc. li cet de h̄ sis pfessus ꝛ absolut⁹. tñ optz te septē annos facere pniam i h̄ mūdo. p ꝙlibet vice q̄ recurristi. Jtē p ꝙlibet iuramēto falso enor mi vel blasphemia. Jtē q̄ nō audit missaz cō pletam in die dñica. mortalit peccat. Jtem q̄ frangit festa. Jdē q̄ nō honorat parentes ꝛc. Pro ꝙlibet vice teneť septē annos ō peniten tia. Est forte h̄ aliq̄s q̄ teneť mille annis ō pe nitētia ꝛ plus. ꝛ tādiu nō viuet bene. nec mū dus forte tantū durabit. Dz ecce mīsericordia dei quāta est. qz si in orōne quā facitis quoli bet mane ꝛ sero cogitando quō dz fieri scz q̄ videtis xp̄m in cathedra iratū contra vos ꝛc debetis dicere pr̃ nr̃. Jdē de Aue Maria. ad virginē mariā. Si deuote vos oratis di cit de⁹. de illis mille annis pnie ego dimitto tibi decē vel centū vel totū. Hoc oñdit mani feste Math. xviij. de seruo debitore decē mi lia talentoz. cui dixit. Serue neq̄z oīe debi tum dimisi tibi. qm̄ rogasti me. Ergo videte qm̄ suauis est dñs. beatus vir q̄ sperat in eo. ps. xxxij. pr̃ vz misericors ē. Sext⁹ gd⁹ tangit ibi. ꝛ miseratōes ei⁹ sup oīa opa ei⁹. q̄a petēti ꝓfert gras. nō solū aūt penitēti remit tit culpas. ꝛ rogāti relaxat penas. imo ꝛ petē ti ꝓfert nisi aie sint nociue. Quia sicut vos fi lio febricitāti vestro fruct⁹ petenti non dare tis sibi. licet cū lachrymis peteret. qz nocerēt sibi. sed dabitis sibi meliora ꝛ vtiliora. s. zuc cas rosas vl' alia bona. Jta de⁹ filijs suis dat eis q̄ est magis vtile ꝛ pficuuz. Multi petūt pecunias. ꝛ nō datur eis. quia scit deus q̄ el sent eis damnose. Jdē de infirmo q̄ petit sa nitatē. ꝛc. si gr̃a quā petūt sit eis bona ꝛ pfi cua. statim de⁹ pcedit. Ecce q̄sta dei mia. De clareť ista mia p silitudinē talē. Si aliq̄s suis criminibus esset sententiatus ad furcā. ꝛ ille petens veniā a rege. rex sibi parceret. magnā misericordiaz ei faceret. sed si ille homo vltra hoc peteret aliquam gratiā a rege. equum. vl' castz. vl' alia. ꝛ daret sibi. maiorem gr̃am sibi oñderet. qz multi reges de hoc indignarētur

Hic etiã dē q̃ misericorditer petit petõri. ad furcã inferni sententiato qñ humilit petit sibi indulgeri/deinde ꝓcedit sibi gras ei vtiles et pficuas/nec indignat ei petẽti. nec impropat pctã/Dē dat oĩb affluent/ꝛ nõ impropat. s. pctã ꝑterita. Jac. j/Nota. nõ impropat. Jaz scitis de beata magdalena q̃lis fuit/ꝛ xps sibi oĩa remisit/Et qñ magdalena petijt p gr̃a q̃ esset socia ꝑginis mris sue ꝓcessit sibi/nec i properauit pctã dicẽdo/Et nũq̃d feci tibi satis ꝛc. Jta q̃ esset apostola/ꝛ ꝓcessit sibi/Jtẽ q̃ posset viuere i ꝓtemplatõe sine cibo ꝛ potu in deserto/ꝛ ꝓcessit sibi. xxxiij. annos/Jtez q̃ ab angelis eleuaret/ꝛ ꝓcessit sibi/Jtẽ ō Paulo apl'o cui remisit oĩa pctã/ꝛ post petijt vt oñ deret sibi celum ꝛ gl'iam eius/ꝛ fecit ꝛ nõ improperauit. Jta facit de peccatoribꝫ/Jõ Jsaias. Miserationũ dñi recordabor/laudẽ domini sup oĩb q̃ reddidit nob dñs/ꝛ sup multitudinẽ bonoꝝ domui isrl' q̃ largitus est eis ꝛm indulgentiã suam/ꝛ ꝛm multitudinẽ misericordiaꝝ suaꝝ/Jsa. lxiij. Ergo pater vr̃ misericors est.

¶ De eadem dñica Sermo. iij.

Notote misericor

des. Lu. vj. Jn isto ꝓmone intẽdo declarare quõ dẽm⁹ misericordiaz hẽ ō aĩaꝝ nr̃is/Sz ꝓmo salutet ꝙgo Maria. Pro declaratiõe hꝰ ꝓbi ꝛ introductione materie ꝑdicãde Sciendũ q̃ post deũ plus obligat homo anie sue q̃ alicui creature/Et ecce quõ sancti doctores declarãtes moduz charitatis ꝛ dilectiõis/in ꝓmo loco ponunt deũ quẽ sup oĩa creata tenet homo diligere/secõo aĩam/tertio ꝓximũ/quarto corp⁹ ꝓprium. q̃nto bona tpalia. ¶ Primo g̃ ponũt deum. qz amor dei i corde dz esse vt oleũ i lampade. qõ eminet ꝛ supnatat sup oẽm aliuz liquorẽ. ¶ In secõo loco ponũt aĩam quã p⁹ deũ debem⁹ diligere sup oĩa alia/qz licet debeatis diligere pr̃em ꝛ matrẽ filios ꝛ amicos/nõ tñ tantũ q̃ amore eoꝝ faciatis aliq̃d ꝑ animam vestraz/Corp⁹ aũt ꝛ bona potestis ponere pcis. sed aĩam nõ. caueatis ibi. ¶ In tertio loco ponit amor ꝓximoꝝ/ꝛ q̃nto sunt ꝓximiores. tãto magis debetis eos diligere. s. fili⁹ patrez ꝛ econuerso. vxor viꝝ. ꝛ econuerso/frater fratrez ꝛ econuerso/ꝛ sic de aliis. ¶ In q̃rto loco ponit corp⁹ ꝓprium. Quilibet dz diligere corpus ꝓpriũ/sz magis primũ. Quinto diligẽda sunt bona tpalia. vt diuitie. dignitates. honores. beneficia. ꝛ officia. ꝛc. Tñ hodie videmus q̃ plus diligunt bona tpalia q̃ corp⁹ ꝓprium/ꝛ q̃ ꝓximus plus q̃ anima ꝛ deus. Ecce qualiter ordo charitatis est inordinatus. De predicta ordinatiõe charitatis Auctas. Introduxit me rex in cellã vinariã. ꝛ ordinauit i me charitatẽ/Can. ij. Cellã vinariã vocat statũ deuotiõis. q̃ dẽ de mala vita vocat aliquẽ ad bonã vitã ꝛ ad deuotionẽ/talis potest dicere Introduxit me rex in cellã vinariã/ꝛ inebriatur in amore dei. ꝛ ordinauit in me charitatem. in ꝑdictis q̃nq̃ gradibꝫ. vt dicũt ibi glose ꝛ postille/Si g̃ ex ordinatõe diuina debemus hr̃e misericordiã erga ꝓximũ. m⁹to magis erga animam. Ideo dicit thema. Estote misericordes. non solũ ꝓximis sz anime habe stris. Nullus potest vere misericors esse ꝓximis nisi ꝓximo sit misericors anime sue. Benefacit anime sue vir misericors/Qui aũt crudel' est etiam ꝓpinquos abũcit. Prouerb. xi. Nota. propinquos. i. q̃nq̃ sensus corpales abũcit. scz q̃tũ ad actũ/qz nõ curat bene viuere. nec bñ audire/sz ea q̃ dz videre ꝛ audire. et sic de aliis. Patet thema/Misericordia quã debemus hr̃e nos erga aĩas nr̃as põt declarari p septẽ opa mie/q̃ erga corpa debem⁹ habere que ponunt a xpo.

¶ Primũ est cibare esurientẽ
¶ Secundũ potare sitientẽ
¶ Tertiũ colligere pegrinum
¶ Quartũ vestire nudũ.
¶ Quintũ visitare infirmum
¶ Sextũ redimere captiuũ
¶ Septimũ sepelire mortuũ

Istud op⁹ ponit Thob. iiij. Jsta septem opa misericordie sunt exercenda spũaliter circa aĩam nr̃am. ¶ Primũ op⁹ misericordie est q̃ debem⁹ aĩam nr̃am cibare scz cibo septuarum. De quo xpus/Nõ in solo pane viuit homo. sz in oi ꝙbo q̃ ꝓcedit ō ore dei. Deu. viij. Nota. de ore dei. non dicit de ore ꝙthei. iiij. gilij vel terentij. ꝛc. sed dei/Jste cibus datur anime legendo verba dei/Liber apertus est mensa. ibi comedit aĩa legẽdo ꝛ ꝓtemplando ¶ Si dicat aliquis. ego nescio legere. Ideo ꝛc Solutio. ideo debetis sibi cibum audiendo. s. missam deuote/Cuius principium est confessio/in qua debetis esse. sicut si aliq̃s dominus inuitauit vos nunq̃d venietis vos imedio prandij/nequaq̃. sz in ꝓncipio venietis in ablutõne manuũ ꝛ bñdictiõe mense/Sic xps inuitat nos i q̃libet festo ad prãdiũ misse.

Sermo. IIII.

Et sic sacerdos cōicat sacrāmtalit ita z vos cōicare debetꝫ spūalit. Jō iā debetꝫ esse i pncipio z audire cū silētio. z audita missa aia est satiata. intīm q̄ p̄ totā hebdomadā sibi valet. Itē audiēdo pmones aia cibat. Predicatoz est coquꝰ z seruitoz. mīstrās vob q̄ parauit in coḡna spūsctī. Itē q̄libet mane z sero cibare aiam debetꝫ deuote orando genibꝫ flexis. pmo signādo vos. deinde dicatꝫ Credo i deū. Pr̄ nr̄. z Aue maria. Hā sic bis vel ter datis cibū corpi fetido z corruptibili. ita bis in die manet sero detꝫ cibū aic. Ecce q̄re ōt Estote misericordes. Pz q̄ pctīm est illoꝝ q̄ nō cibāt aiam suā. Secudū opꝰ mie erga corpꝰ est potare sitientē. Istō opꝰ dēmꝰ erga aiam exercere. Potꝰ aie sunt lacrime cōpunctiōis penitētialis. z deuotiōis spūalis. z affectiōis celestialis. Dauid. Potū dabis nob in lachrymis in mēsura. ps. lxxix. In prādio festiuali bibit hō vinū triplex. pmo in pncipio bibit hō vinū albū. scōo rubeū. tertio claꝝ. Ita lacrime sunt triplici dña. Primo sunt lacrime q̄ veniūt ex cōpunctiōe pnīali. Itē in principio tāq̄ vinū albū. Verbi gr̄a. qñ religiosus intra se cōpunctꝰ dic. O miser q̄d erit de me. z ploꝛat. tūc aīa potat albo vino. Idem ō clerico z laico. Ecce q̄re dic. potū dabis nob z. Nota q̄re ōt in mēsura. q̄ q̄to pctā sunt maioꝛa z ḡuioꝛa. tāto plꝰ z lacrime dñt magꝫ abūdare. Secūdo lachrymę sunt deuotiōis ex cōpassione passionis xp̄i. Iste sunt vt vinū rubeū. Ille lachrymę nō veniūt q̄diu hō est in pctō. sz postq̄ homo habuit ptritionem ō pctis veniūt iste lacrime deuotiōis. In mēsura. q̄ q̄to hō plꝰ elōgat a negocijs mūdi. et ptemplat xp̄i passionē. tāto magis abūdant lachrymę deuotiōis spūalis. Tertio lacrime sunt affectiōis celestialis. tanq̄ claretū q̄ inebriat aiam ex desiderio padisi z essendi cū ꝺo. In mēsura. q̄to plꝰ despiciunt honoꝛes. diuitie. officia. z dignitates mūdi hui. tāto plꝰ abundāt lachrime affectōnis celestis. Ergo estote zc. Tertiū opꝰ mie est colligere pere grinū. q̄ non potest secū portare domū. Ita erga animā nostraz exercere debemꝰ. que est peregrina dupliciꝫ. Primo negatiue. qñ nō facꝫ opa meritoꝛia. Secūdo affirmatiue discurrendo ad secularia negocia. Jō est magꝫ mia ipam colligere. opando meritoꝛiez recollige re eam. ne ita se distrahat in negocijs mūda nis z tpalibꝫ. q̄ nō curat de aīa de q̄ debemꝰ curare. Jō dic scriptura Miserere aime tue placēs deo. z ptine z ꝯgrega coꝛ tuū i sanctitate eiꝰ. z tristiciā lōge expelle a te. Eccī. xxx.

Quartū opꝰ mie est vestire nudū. Idē circa aiam nr̄am faciendū. Uestes aie sunt ꝓtutes. Camisia aie est ꝓꝰ castitatꝫ q̄ carnē tāgit vt camisia. Scōa tunica est būilitas. q̄ castitas sine būilitate nō placet deo. Uirgo aute maria nō placuisset deo ex sola virginitate Jō dic ipa. Quia respexit būilitatē ancille sue. zc. Quid valet psona casta z pūptuosa q̄ despicit z indignat de psona luxuriosa dicens. Nō sum ego talis. Nō sic ego maria despexit mariā magdalenā. Hoc nihil valet. Tertia tunica sine pelliciū est cōpassio xp̄i. Pannel lum aūt est charitas. j. Pe. iiij. Caritas operit multitudinem pctoꝝ. Jō apl's. Induite vos sic electi dei scti z dilecti viscera mie. benignitatē. būilitatē. modestiā. patiam. supportantes inuicē. zc. ad Col'. iij. Dic habetis rn̄sionē ad vnā q̄em quā aliq̄ faciūt. vtꝝ i alio seculo erimꝰ nudi vl' induti. Dico q̄ ō bonis nullꝰ erit nudꝰ. q̄ nihil turpi q̄ videre aiam nudā. Et sic si mō veniret aliq̄ persona nuda oīs indignarēt ꝺ eā. Sic scti indignātur ꝺ aiam nudā clamātes. ad infernū. ad infernū in q̄ inferno oīs aie sūt nude. Jō Jobes dicit. Beatꝰ q̄ vigilat. i. est diligens. z custodit vestimēta sua. ne nudꝰ ambulet. z videāt turpitudinē eiꝰ. Apoc. xvj. Quintū est visitare infirmū z ꝯsolari eū. q̄ multum placet ꝺo Idē de aia q̄ infirmat q̄libet die. q̄ nullꝰ est ita sanctꝰ z pfectꝰ q̄n peccet. Septies i die cadit iustꝰ. Prouer. xxiiij. ad minꝰ venialit peccando. ex aliq̄bꝫ excessibꝫ vitet vl' superfluitatibꝫ Jō visitāda ē tali mō. In sero postq̄ hō fecit orōnem. ꝺz hō examīare q̄liter expēdit diem. Si est religiosus vl' clericꝰ ꝺz cogitare q̄liter dixit officiū. missam. si defecit in aliq̄. si erravit in aliq̄. s. comedendo. bibendo. loquendo. Isto mō visitat infirmꝰ. Isto mō ille sanctus Job visitauit spīm suū. Jō dicebat. Uitam z miam tribuisti mihi. z visitatio tua custodiuit spīm meū Job. x. Et sic q̄libet tenet visitare aīam suaz. Ita rectoꝛes tenentur visitare nō solū aīam ꝓpriā. sz villā eis cōmissam. si fit in ea aliq̄d ꝺ deū. vel ꝺ ꝓximū vel ꝺ bonū publicum. Alias in malo pūcto repiunt rectoꝛes nisi coꝛrigāt peccata notoꝛia. Secus de occultis. Uisitans spēm tuam non peccabis. Et scies q̄z q̄m multiplex erit semē tuū. et pgenies tua quasi herba terre. Ingredierꝫ in abundantia. s. ꝓtutū. sepulcꝝ tuū. zc. Job. v.

Dominica quarta p⁹ trinitatis

Cōtra deū sunt blasphemie/ ꝺ̄ prīm lusores/ ꝺ̄ bonū publicū meretrices ꝛc̄ ¶ Sextū op⁹ mīe est redimere captiuos/ Dag̃ mia ꝛ ma/ xima qū̃ sunt in ꝑiculo abnegandi/ Ita circa aiam q̄ multis debit̄ est obligata in ꝟ mūdo ꝛ ꝟ ꝑ suis culpis ꝛ pctis ꝑteritis/ Scom̄ do ctrinā sanctoꝝ doctoꝝ ꝑ q̄libet pctō mortali obligat in ꝟ mōdi septē annis de pnia/ Ratō qz in q̄libet pctō mortali fac iniuriā septē do nis spūssctī/ Et si in pñti q̄s ꝓfecte nō satisfe cerit/ necessario in purgatorio st in gr̄a dece dat soluere habebit/ Opa pnialia sunt q̄ re/ stant. vt ieiunia. orōnes. ꝛ hmōi. ꝛ sic redimit tpūs/ Est qui multa redimat modico p̄cio/ ꝛ est restituēs ea in septuplū. Ecc̄i. xx. ¶ Nota Est q̄ multa. ꝛc̄. nō ꝺt. q̄ sunt. qz pauci sunt q̄ faciūt pniam/ oīs dant se solatijs/ Sed i q̄/ libet loco vel collegio est aliq̄s q̄ facit pniam/ ꝓpter quē deꝰ sustinet alios/ qz alias forte stati destruerent/ Nota Modico p̄cio. qz nō sunt ꝺdigne passiones hui⁹ tp̄is ad futurā gl̄iam que reuelabit̄ in nobis ꝛc̄ ad Ro. viij ¶ Nota restituēs ea in septuplū/ Cōclusio est hic the ologie/ q̄ nullū opus penitētiale satisfacit ni si fiat in gratia/ Oportet em̄ q̄ op⁹ sit merito rium ad ꝟ q̄ sit satisfactoriū. Ita q̄ opa pe/ nitentialia facta in gr̄a sunt simul meritoria ꝛ satisfactoria/ Jō dic̄. restituēs in septupluz. ꝓpter septē dona spūssctī que ꝑ pniam sibi re stituunt/ ꝛ ꝓpter septē pctā mortalia que sibi remittunt. g̃ estote misericordes. ꝛc̄. ¶ Se ptimuz op⁹ mie est sepelire mortuos. Ex isto ope Thobias multū placuit deo/ Istō opus exercendū est circa animā nostram/ Nobilis sima sepulcra animaꝝ sunt vulnera xp̄i/ tam manuū q̄ pedum. q̄ etiā lateris/ Sepelitur in eis aīa meditatōe ꝛ cōtemplatōe/ cogitan/ do illa sanctissima vulnera que aperuēr̄t pa radisum/ De isto sepulcro allegorice ꝺt Isa/ ias/ Excidisti tibi hic sepulcrū/ excidisti in ex celso memoriale/ diligēter in petra taberna/ culum tuū/ Isa. xxij. Nota/ Excidisti tibi se/ pulcrum. s. ope intellect⁹ ꝓtemplando/ De/ moriale. qz sepulcꝝ ꝺz monumentū. i. monēs mentē/ In petra de qua apostol⁹. Petra aūt erat xp̄s. j. Cor. x/ Ergo estote misericordes Deo gr̄as.

¶ De eadem dñica Sermo .liij.

Creatura libera/

Cbit a seruitute corruptōis in libertatem gl̄ie/ vt libertate gl̄ie filiorū dei

Verbuz istud habet̄ textualit̄ ad Ro. viij. et in ep̄la currētis dñice/ thema dat mihi mot uum de libero arbitrio ꝑdicandi/ Materia erit bona ꝛc̄. Saluteť ẏgo maria/ Pro ꝺcla/ ratiōe hꝰ ẏbi ꝛ materie ꝑdicāde introductōe

¶ Sciendū q̄ inter oēs creaturas corporales a deo in ꝟ mūdo creatas singl̄are ꝑuilegiū ē hois hz̄e libeꝝ scz arbitriū/ Quedā ei creatu re sunt q̄ nullū hñt arbitriū. nec libeꝝ nec co actum/ vt ille creature q̄ nullā hñt cognitōz

¶ Quedā aūt hñt arbitriū sz nō libeꝝ/ sz q̄si co actū ꝛ necessitatū. vt aīmalia irrationabilia Sol⁹ aūt homo habz libeꝝ arbitriū/ Primꝰ gradꝰ creaturaꝝ corpalium est q̄ nullā cogni tionē hñt/ imo sine ꝓrio iudicio mouent. iu/ xta q̄litates eis a deo datas ab initio/ Verbi gr̄a. de lapide q̄ nō habet cognitionē. sed na turalit̄ descēdit/ ꝛ de igne q̄ naturalit̄ ascēdit sursum/ Itē idē de arboribꝫ ꝓducētibꝫ fruct⁹ ꝟm suas qualitates sine aliq̄ arbitrio/ sz faci/ unt sua opera sicut sagitta missa a sagittario

¶ Secundus gradꝰ est creaturaꝝ corpalium. que hñt arbitriū sz nō libeꝝ sz coactū vel ne/ cessitatū/ sic̄ sunt creature q̄ hñt cognitiones ꝛ iudiciū/ sz nō est libeꝝ. qz nō habent rōnem Verbi gr̄a. de pullo qū̃ videt miluū. stati ar bitrat ꝛ iudicat q̄ est ꝓtrariꝰ ei/ ꝛ fugit/ Item de oue ꝛ de agno respectu lupi/ Hoi aūt deꝰ dedit arbitriū ꝛ iudiciuz/ Qz si iudicat aliq̄d esse sibi bonū sz esset in damnū ꝓtimi nō fac. Verbi gratia. si aliq̄s homo desiderat aliq̄d bonū delectabile. puta vnū magnū solatiuꝫ Ecce arbitriū/ ꝛ nō vult recipe illud solatiuꝫ quia esset ꝟ deum/ tūc arbitriū est liberum et nō coactū/ Jō hoi soli imputat ad meritu si facit bona/ vel demeritū si facit mala ex liber tate arbitrij. Auctas/ Deꝰ ab initio cōstituit hoiem/ ꝛ reliquit illū in manu ꝓsilij sui. glosa in libertate arbitrij/ Adiecit mādata ꝛ ꝓcce pta sua/ Si volueris mādata ꝓseruare. ꝓser/ uabunt te/ Aposuit tibi aquā ꝛ ignez. ad q̄ volueris porrige manū tuā/ Añ hoiem vita ꝛ mors. bonū ꝛ malū. q̄ placuerit ei dabit̄il li. Ecc̄i. xv/ Nota. Adiecit mādata ꝛ ꝑcepta.

¶ Differētia est inter mandata ꝛ ꝑcepta stricte loquendo/ qz mādata sunt ꝑcepta affirmati/ ua. q̄ inducūt ad ꝟtutes. ꝛ obligant semper sz nō ꝑ sp/ qz in casu nō sunt ꝟuāda. qz i magna necessitate pñt festa frangi/ Itē in casu nōte net̄ hō honorare parētes si abnegāt fidem ꝛc̄

¶ Precepta aut̄ ē sunt mandata negatiua/ que ꝓphibent vicia. et sunt affirmatiuis fortiora.

Sermo. IIII.

qz nullo casu pñt frãgi/qz i nullo casu adorã di sunt dñi extranei/nullo casu est piurãdũ.z sic de alijs negatiuis q̃ obligãt sp z p sp/Ptz ꝓclusio.q̃ sup oĩs creaturas corpales solus bõ hz liberũ arbitriũ/Nota q̃ttuor ḡdus ligatiõis liberi arbitrij.

Primus est p gebennam.

Secũdus est p culpam

Tertius per gratiam.

Quartus p gloriam.

Primũ est ligatũ durabilit/Scõm est infirmũ debiliter/Tertiũ est sanatũ ꝑfecte/Quartum est eleuatũ sublimit./Et de q̃rto loq̃tur thema dicẽs In libertatẽ glorie filiorum dei gãti durabilit.z iste gradꝰ liberi arbitrij est in dãnatis q̃ hñt liberũ arbitriũ.sz ligatũ totalit/Nõ credat̃ q̃ liberũ arbitriũ sit actꝰ vl' habitus seu q̃litas accidẽtal' acq̃sita/immo est essentiale ipsi' aĩe.z nullo mõ depdit/sz in dãnatis ligat totalit.intm̃ q̃ ab itra nõ pñt velle aliq̃d bonũ nec ad extra facere/sp cupiunt z desiderãt mala.si volunt aliq̃d bonũ/tamen hñ velle est malũ ꝑpt malũ finẽ/sic pz de illo diuite petente/q̃ ds mitteret aliquẽ ex mortuis fribus suis vt faceret pniam ne dãnarent/Dico em̃ q̃ istũ desideriũ erat malũ ꝑpt malũ finez/q̃a sciebat q̃ ex eoz dãnatõe sibi augmẽtaretur pena/sic q̃ ticioni ardẽti addũt ligna/magis cõburit.q̃ ḡ ipe merebat pati cũ alijs cũ q̃b peccauit.desiderabat q̃ illuc ñ veniret.z iusticia dei impediret/Ecce malꝰ finis. De hõ vide scm Tho.in.iiij.di.l/Pz ḡ q̃ dãnati hñt liberũ arbitriũ.sz ligatũ totalit/Sũtei sic captiuus vl' miles captꝰ ligatꝰ z catbenatꝰ q̃ liberũ arbitriũ hz sz ligatum/qz ñ pt facere qđ vult.

Idẽ de dãnatis.De hõ Auctas. Ligatis mãibꝰ z pedibꝰ eiꝰ mittite eũ i tenebras exteriores/Dat.xxij.

Nota.in tenebras exteriores./In hõ mundo pctõres sũt i tenebris interioribꝰ/q̃ pctã sunt in aĩa int̃/sz i inferno erũt i tenebris exterioribꝰ,qz licet sit ibi ignis.paz clarescit.ad istar ignis sulphur/Nota.ligatis pedibꝰ.s.affectõnis/qz ea q̃ facim̃.oia facim̃ affectõe z amore/qz si hõ timet infirmitatẽ vl' vitat piculaz mortẽ/totũ fac amore z affectõe ad coꝛpꝰ ꝑpetuum.Sz i dãnatis amoꝛ z affectio ligati sũt/Manꝰ ligatis manibꝰ.s.opatõz/qz dãnati nullũ bonũ opari pñt/De hõ ôt Piere/Ecce ego ꝓ dico libertatẽ ait dñs ad gladiũ.z ad famẽ z ad pestẽ.z dabo vos i cõmotõz cũctis regnis terre.Piere.xxviij. Nota hõ q̃ttuoꝛ q̃liẽ liberꝰ arbitriũ dãnatoꝛ ẽ ligatũ totalit/z nõ pt i bonũ aliq̃d exire/Primo ôt ad gladiũ/Iste gladiꝰ est snia xpi i dãnatis dicẽs.Discedite a me maledicti i ignẽ eternũ/q̃ paratꝰ est dyabolo et angelis eiꝰ.Mat.xxv.De isto gladio ôt Joh. De oze ipi⁹ pcedebat gladi⁹ ex vtraq̃ pte acutus/vt i ipo pcutiat gẽtes/Apoc.xix/Scõo ad famẽ.qz tãta fames caristia z pauptas ẽ in inferno/q̃ ñ pñt guttã aq̃ obtinere.vt pz ô diuite epulone/Tertio ad pestẽ.s.penaz.laboꝛ z miseriaꝛ z oiz maloꝛ abũdantia/Quarto.z dabo vos i ꝓmotiõz cũctis regnis terre qz nõ solũ demones ad inuicẽ hñt guerrã/sz etiã dãnati.qz pr̃ filiũ z ecõuerso.vir ꝓ vxorem.zc. Secũdꝰ ḡdus liberi arbitrij est liberi arbitrij ligati p culpã.qđ est infirmũ debilit.Iste gradꝰ est in pctõribꝰ q̃ pñt de pctis penitere z nolũt.Jõ hñt liberũ arbitriũ infirmũ debilit./Dicẽm infirmꝰ debilit mouet ad illa q̃ sunt sibi vtilia/tm̃ diligent mouetur ad ea q̃ sunt sibi ñria z nociua/vt febricitans ad vinũ z fructꝰ z silia/Sic etiã est ꝺ pctõre q̃ hz libertatẽ exeũdi z dimittẽdi pctã/z ñ curat.nõ ꝓfitet nec cõicat.nec audit fmões.nec orat/Jõ apl'us.Cũ fui essetis peccati liberi fuistis iusticie.ad Ro.vj./Jõ valde cauẽdum est a pctõ mortali/Qñ sentit q̃ ꝑsona q̃ ꝓsueuit dulciter z delectabilit orare.orat cum tedio/Idẽ de missa audiẽda/Idẽ de sermone z ꝓfessione z cõmunione malum signũ est/sz qñ p̃dicta fiũt delectabiliter z cũ feruore spiritus z diligẽter.bonũ signũ est/De hac materia dic̃ scriptura.Liberati a pctõ serui aũt facti deo habetis fructum vr̃m.ad Rom̃.vj/Sicut em̃ fructus comedunt delectabiliter/Ita q̃ est in gr̃a debilit opat ea q̃ dei sũt/Propẽ hõ dauid postq̃z peccauit dixit./Miserere mei dñe.qm̃ infirmus sum/sana me domine.qm̃ ꝓturbata sũt ossa mea.ps.vj/Nõ loquebat de infirmitate corpis/qz nõ legit tũc fuisse infirmus.sed loquebatur de infirmitate animẽ/Nota cũ dicit.ossa mea.sic ossa sustinent corpus/ita ꝑtutes acq̃site aiam sustinent/Hã peccãdo ꝓturbant nõ solũ virtutes imo etiã z potẽtie anime.memoria.intellectꝰ z voluntas.z sentimenta oia conturbantur p pctm̃.quia nõ delectant in his que dei sũt

Tertiꝰ gradus liberi arbitrij est illi⁹ qui ẽ sanatus veraciter Iste gradus liberi arbitrij est in illis qui sunt in statu gratie/viuunt iuste z sancte ꝑm suũ statum z ꝓditionẽ/Tales aũt hñt liberum arbitrium sanatũ veraciter/

Auctas xpi. Amē amē dico vob. qz si filius vos liberauerit. ꝑe liberi eritis. Jo. viij. Nota Si filius vos liberauerit. qre xps appropauit sibi liberatōz pctōz. qre nō dixit. si pr̄ vel spiritussanct⁹ vos liberauerit. cū vna ꝑt⁹ z ptās sit triū psonaz. qz a pncipio mūdi vsq; ad finē null⁹ hō fuit liberat⁹ nisi ꝑtute xpi z crucis ei⁹. Si dicat quō adā z alij añ incarnationē xpi existētes fuerūt liberati a pctō. Dico q; adā z multi sancti patriarche z pphe fuerūt liberati a pctō ex credētia xpi vēturi. z pl's simplex implicite ħ credēs etiā liberabat a pctis. Ecce qre dic̄. si filius vos liberauerit. Hoc fuit figuratū Nūeri. xxj. i serpēte eneo. Nota historiā. Figurabat clare p serpentē eneū. q; si aliqs esset venenat⁹ a ꝓpentib⁹ inferni p superbiā vl' auariciā. z sic de alijs q; ꝑtute passiōis xpi liberaret si esset credēs z obediēs. qz al's nō. Quart⁹ grad⁹ liberi arbitrij est ill⁹ qui est eleuat⁹ sublimit. Iste gd⁹ est in beatis i paradiso. qz sic dānati nō pdūt libere arbitriuz multo min⁹ sancti. sz bñt ipm eleuatū sublimiter a miseriis. nec pñt peccare. De q; vide scm Tho. ꝑma pte. q. lxij. ar. viij. Diceret aliqs. Libere arbitriū est posse peccare. vl' nō. sz ħ nō pñt sancti. qz sunt impeccabiles. quō bñt g libere arbitriū. Rñdeo z do vob. silitudinē de duob⁹ nautis bñtib⁹ duas naues q; vadūt p mare. Una est barcha q; potest capi z captiuari ab agarenis. z vna galiota ita leuis q; nullo mō pōt capi nec captiuari. Nō licet barcha z galiota habeāt libere arbitriuz ex pte gubernatoz z nautaz. tñ galiota ē magis alta z firma q; barcha. Jta in ꝓposito q; libet nostr̄ nauigat ad celū cū barcha etiam discoopta z pforata p sentimē. i. punctiones tēptationū cū piculo captiuādi. Patron⁹ est spūs siue aīa q; est motor corpis. z est in corpe sicut nauta i naui. Sācti aūt nauigāt cū galiota ipeccabilitatis z sine piculo. Jpi g; ꝓprie sunt liberi. ita q; libertas arbitrij nō ꝓsistit in ħ. q; est posse facere bonū z malū. sz ꝓsistit i ħ q; hō potest eligere ħ z illud bonū. Quato ordine finis. Velle em̄ malū nō est libertas. nec ps libertatis. De hoc vide scm Tho. ꝑma pte. q. lxij. ar. viij. Alias nec dē⁹ nec angeli beati haberēt libere arbitriū. qz nō pñt peccare. qz posse peccare est liberi arbitrij. Jō apl's Jpa creatura. s. humana liberabit a seruitute corruptionis. huius. scz possibilitatis peccandi. in libertatem gloꝛie filioz. qō ē thema Deo grās.

De eadem Sermo. v.

Punt uiri misericoz

die q; pietates nō defuerūt. Verbuz istud hēt textualit' i libro Eccl̄i. c. xliij. Et officiat in epl'a hodierna. Hoc ꝑbū loqt de psonis sctis z pfectis i vita. dicēs q; psone pfecte nō solū abūdant in opib⁹ mie. sz etiā i opib⁹ pietat⁹. Sūt viri zc. Est ħ vna breuis qstio. Que ē differētia int̄ opa mie z opa pietatis. qz nisi esset differētia videret nugatio cū scz dic̄. Sūt viri mie z pietatis. Dico q; licz vulgarit' mia z pietas p eodē sumunt. tñ stricte loq̄ndo differūt. qz mia ē vna ꝑt⁹ q; puocat cor ad faciendū bonū. ꝓmo ō his q; tangūt corp⁹. sz pietas est ꝑtus que puocat creaturam ad faciēdū bonū. ꝓmo de his q; ptinēt ad aīam. Verbi gra. Dare cibū vl' potum. vestire nudū. z hmōi. ista sunt opa mie. Sz dare sciam ignoranti instruēdo. vl' corrigere errantē. vl' ꝓsolādo tristē. dubitātem cōsiliando. Jsta sunt opa pietatis. q; sūt meliora. q; opa mie. qz sic aīa valz pl⁹ q; corp⁹. Caro n̄ pdest q; q; Joh. vj. Quāto em̄ aīa est melior corpe. tāto bona q; fiūt erga aīam sunt meliora. z illa dicūtur opa pietatis. Ex ħ sequit q; p dicatores pl⁹ dāt vob q; accipiāt. qz dāt vobis opa pietatis. z vos datis opa misericordie. Jō dicebat apl's. Si nos vob spūalia seminam⁹. magnū est si nos carnalia vr̄a metam⁹ q. d. non. ꝑma Cor. ix. Jō scribēs ad thimotheū eū exhortando ad opa pietatis dicebat. Exerce teipm ad pietatē. Nā corpalis exercitatio. q; scz fit p opa mie. ad modicū vtilis est. Pietas aūt ad oia valet z vtil' est. ꝑma Thimo. iiij. Pz g; differētia int̄ opa mie z pietatis. Jō dic̄ thema. Sūt viri mie. q; pietates n̄ defuerūt. Pz thema. Quesiui amore vr̄i operis mie z pietatis. in q; numero pñt cōphendi. z ita ueni q; vtraq; pñt cōprehēdi quadruplicit'. Quattuor em̄ sunt opa misericordie q; respiciūt corp⁹. totidē sūt pietatis circa aīam

Opa misericordie corpalia sunt.

Primum dare libere
Secundū pstare pure
Tertiū reddere plene
Quartū seruire humilime.

Opera aūt pietatis anime sunt

Primum orare copiose
Secundū loqui pfectuose
Tertium parcere ex corde
Quartum supportare gratiose

Sermo. v.

